



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. De Baptismo extra templum non conferendo, nisi magnis
Principibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

scire te iactas crimina, qua tibi soli amicissimo sim confessus, & hac in medium te prolaturum: meisque me coloribus esse pingendum, & debere meminisse, quod iacuerim ad pedes tuos, ne gladio oris tui amputares caput meum, quadrat illud Prouerb. c. 15. Qui rambulat fraudulentè reuelat arcana, Qui autem fidelis est, celat amici commissum.

Quærit denique Malderus d. c. 2. an secretum naturale obliget sub peccato mortali, & afferit obligare in re graui, peccata autem alterius reuelare præsertim in ecclesiasticis, eoque modo vt fiant publica, & graue in ecclesia scandalum oriatur, multo deterius est.

Quæ autem per causam visitationis in notitiam visitantium veniunt, non tantum obligatione secreti naturalis, sed & arcani amici, & propter Deum, eiusque nomine amici, obstringunt. Vt eo magis denudare eiusmodi mysteria ab ecclesiastico, diceretur desperatio animæ infelicis, & fraudulentè ambulantis.

Sed & Honorius III. author d. c. vt iuxta. alio argumento id persuadet, vt in Corpore edito ex autoritate Gregor. XIII. supplementum illius ita legitur, *Vi iuxta illius supremi post Christum pastoris edictum forma factus gregis, ex animo dignoscatur nō dominandi libidine, sed amore rectè agendi, debet eum salubriter visitare: sic excessus delinquentium, quantum potest corripiendo, ne reuelat: (nota) sic increpando, ne confundat: quia cū iuxta sapientis dictum secretò sit arguendus amicus, amicitie legem violare videtur, si è contra palam arguas increpando.*

De Baptismo.

RESPONSVM I.

De baptismo extra templum non conferendo, nisi magnis Principibus.

Baptismus citra necessitatem extra templum conferri non potest, nisi Regum & Principum liberis. *Clem. in de Baptismo, Conc. prouinc. Mechlin. 1607. tit. 3. s. 5. Ritual. Rom. à Paulo V. editum magnos Principes exigit, & vt tunc baptismus fiat in illorum domesticis capellis, seu oratorijs. & clementinæ transgressionem, vt in re graui, mortalem existimant plures apud Syluam in resol. v. baptismus, 4. conc. 1. vbi & eos tantum Principes intelligit, qui non habent superiorem: sed Tridentium s. 25. c. 9. de talibus sublimè, inquit, ac supremos Principes iura Imperij & dominij suis habentes, quales etiam intelliguntur s. 22. c. 8. sub nomine Regum. de quibus latè diximus in Tur. Pont. nou. anal. de religio. dom. n. 8. & seqq. sed & iterum Conc. Trid. s. 24. de reform. mat. c. 5. in secundo, inquit, gradu nunquam dispensetur nisi inter magnis Principes, & ob publicam causam: vbi non ita strictè accipiendum est verbum magnos, & propterea Zerola in prax. p. 1. v. dispensatio. s. 2. videtur comprehendere Barones, & titulos regni Neapolitani, sed & praxis nunc dispensationes non ad nobiles tantum, sed & riles personas non rarè deducit, itaque in d. Rituale magni principes non tantum supremi, & bis terè proximi, sed & citius emittentes intelligi posse videntur, sed neque ceremoniæ in baptismo sunt omittendæ, nisi forte ob necessitatem, non pompæ, sed quam explicat clementina, propter*

quam nequeat ad ecclesiam absque periculo accessus haberi. nec excusat dignitas baptisantis. Sylvius ibid. con. 2. & 3.

De ædificandis ecclesijs.

RESPONSVM I.

De erectione novarum parochiarum.

dicis. tam quod non omnia in capellis fiant, ad quæ parochiani tenentur ex iure communi, & Tridentino; quàm quod magna sit distantia inter pastorem, cuius sunt oues propriæ; vt instituitur in nouis parochijs; & sacerdotes qui in capellis; nec omnia præstant, nec tanquam suis plenius ergo satisfcit magno incommodo per erectionem nouæ parochiæ, quam per capellam. eaque in casu magni incommodi mens esse videtur Concilij Tridentini.

Sola quidem distantia, aut itinerum difficultas refertur in d. c. 4. & c. ad audientiam. X. hoc tit. sed c. fin. X. hoc tit. generalioribus vtitur verbis: in locis; inquit, in quibus populi habitantes oratores egere videntur, super basilicarum institutione studeas salubriter providere. quàm ea generalitas ferè reducenda videatur ad d. distantiam, aut difficultatem: nisi fortè populus ita excreuerit, vt vetus ecclesia totum non capiat. tunc enim vel nouæ ecclesiæ ædificandæ, vel veteres augendæ sunt. c. precipimus. 16. q. 1. nam rerum mutationes vnionem, separationemue postulant. d. c. precipimus. c. & temporis qualitas. 16. q. 1.

Atque hæc iterum, cum secundum terminos Concilij, noua parochia dotari petitur ex fructibus matricis; iuxta d. c. 4. aut obuentiones ecclesiasticas intra terminos nouæ parochiæ eidem assignari, iuxta d. c. ad audientiam. sed si quis in sua proprietate voluerit ecclesiam ædificare, de Episcopi consensu licitum est. ita tamen vt maneat matrici sua iustitia, & decima. c. quicumque. 16. q. 1. & sic in c. 2. X. hoc tit. leprosis propriam parochiam erigere permittitur: ita tamen vt inuicem veteribus ecclesijs de iure parochialis nequaquam existant. quamquam ex pietate illis ibidem, conceditur, vt de horris, & nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur. quæ exceptio, seu priuilegium

R 4 legium

1. Quando in proprijs terminis Concilij casus occurrit parochia erigenda est quam capella tantum.

2. Alioquin hæc tantum.

3. Necessitas non commoditas tantum exigitur.

4. Nisi de suo aliqui ædificare & dotare velint.